Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent

comparando status ad statum in seculo tol-
lit huiusmodi superbiam ¶ Exemplum in vitas
patrum de monacho egipcio diuite
viuente qui fuerat rusticus in seculo. qui
cum visitasset quendam senem qui delicatius
viuebat primo scandalizatus in eun-
dem autem intellexisset quantus fuerat in
seculo dixit Ve mihi quia tu de delicijs
venisti ad duram vitam ego autem
de dura vita veni ad delicias.
Bene ergo dicit. cogitare debent qui-
bus non datur etc. videlicet ut con-
siderantes racionem suam confacientes
huiusmodi minus non murmurent at-
tendentes vero eorum necessitatem in reci-
pientes non scandalizentur suum vero sta-
tum secularem illorum statui comparantes
illis se in religione non preferant
Textus Sequitur Textus ¶ Nec debent
velle omnes quod paucos videt am-
plius non quia honorantur sed quia tol-
lerantur accipere. ne contingat dete-
standa peruersitas. ut in monasterio
vbi quantum possunt fiunt diuites la-
boriosi fiant pauperes delicati ¶
Hic tradit circa abusionem 2am
predictam dicens duo. unum in quo est
substancia mandati aliud quod expri-
mit causam mandati cum addit ne con-
·l· tingat ¶ Et non quod non dicitur non ve-
lint omnes etc. quia tamquam prudens in
suis mandatis deuitat pericula Quod
autem homo non velit ea que pertinent
ad recreacionem carnis valde est dif-
ficile et ideo ut non incitat laq-
ueum ad peccandum non dicit non velit
Dicit autem non debent velle ut ma-
gis moueat ad hoc quod dicitur Plus enim
mouere solet racio inserta in mandato
quam solum mandatum Et ideo dicit
non debent velle omnes etc. Quasi

dicat Eciam sine omni mandato hoc
per se est debitum et racionabile Et vere
non debent omnes velle accipere quod vi-
dent non multos sed paucos accipere.
quia dispensacio que solet fieri pau-
cis non est redigenda in ius commune ¶
Vnde fieret in aliorum depressionem et eorum
exaltacionem. quia posset esse in fatuis
occasio idem volendi Hoc autem non fit
quia ipsi honorarentur super alios sicut
dicit ¶ Item fit ex pia causa sicut
dicit videlicet ut tollerentur secundum monitum apostoli
qui fratrum infirmitatem iubet tollerari
Iustum est ergo sicut dicit quod non debent vel-
le omnes quod fit in paucis et non
in contemptum eorum sed ex pia causa Ali-
oquin oritur peruersitas detestanda. ut
in monasterio vbi quantum possunt fi-
unt diuites laboriosi fiant pau-
peres delicati ¶ Peruersum est et de- M
standum valde. quod pauper debet fieri de-
licatus quam est diues sed magis quia in
monasterio quod est locus penitencie non deli-
ciarum. sed maxime vbi videt exem-
pla ante oculos suos ad contrarium
valde motiua videlicet diuites qui
fiunt ibidem quantum possunt laboriosi

De illis qui fuerunt in seculo pau-
peres et in religione volunt viuere
delicate. Capitulum lxm

Sed heu nichilominus hi non N
cohibent quosdam qui in se-
culo in tenui statu fuerunt
quin in religione velint viuere deli-
cati vbi qui magis sunt in seculo
asperis sunt contenti ¶ Vt Daniel
1o quod ipse et socii eius qui erant de
genere regio in curia regis babilo-
nis contemptis cibis regijs. et vi-
no eciam de quo ipse bibebat con-
tenti erant quibusdam vilibus scilicet legu-